



**R. P. Lvcæ Pinelli Societatis Iesv, Theologi, Exercitia  
Spiritvalia Qvadraginta, De Sacrosancto Eucharistiæ  
Sacramento**

**Pinelli, Luca**

**Coloniae, 1608**

Christvs Lavat Pedes Discipulorum. loan.13

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59691](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59691)

Propria MedITATIONES.  
CHRISTVS LAVAT PEDES  
Discipulorum.Ioan.13

Propria MedITATIONIS.

I. CONSIDERA, quomodo Christus posteaquam Pascha cum agno typico celebrasset, volens Apostolis suis verum Agnum videlicet semetiplum impetravit, prius eorum pedes ablueret voluit: itaque à mensa surgens, vestimenta depositis, omnia que ad id agendum necessaria sumpsit.

II. ASPICE quanta cum submissione Dominus maiestatis, præcinctus panno ligneo atque in genua procumbens, singulare Apostolorum immundos pedes abluit, ablutosque tergat.

III. CONTEMPLARE, quomodo Christus idem officium ingratissimo Iudeo præstare non erubescat, quamuis eum predictionem suam iam concepisse, atque vissima pecunia Iudeis vendidisse non ignoraret.

DOCVMENTA.

I. Fili, ad bona opera efficienda & iuandanda proximum tua commoda exemplo Christi relige.

## DE PASSIONE CHRISTI.

relinquere debes: qui ut discipulorum suorum pedes ablueret, de mensa surgere atque vestimenta sua exuere non drectauit.

2. Nunquam veram humilitatem consequeris, nisi pro DEI amore non modo superioribus, sed etiam inferioribus volens libensque te submiseris.

3. Si coram illis te tantum humilias, à quibus boni aliquid speras, magno in errore versaris: quia Christus se ante pedes Iudei humiliauit, à quo nihil nisi proditionem expectabat.

## COLLOQVIVM.

**Q**uid agis bone IESU? Nunquid à discipulis tuis offendarum dimissio nem poscis? In quo eos offendisti? qua iniuria ludam affecisti, quod coram illo ingenua procidas? O Sancti Apostoli, nolite pati à summo Rege gloriæ pedes vestros ablui, quod ministerium serui Dominis suis exhibent. Veni anima mea, IESU enim, in hoc cænaculo lectionem humilitatis adeò efficacem prælegit, ut qui huius virtutis amore non ardeat, mille gehennis dignus sit. O humilitatem inauditam. Rex Angelorum non contentus formam serui suscepisse, seruorum etiam ministeria peragit. Dominus seruorum suorum, & quod magis obstupendum est,

Iudei

16 MEDITATIONES.

Iudæ proditoris sui pedes abluit. Quis ergo  
deinceps à vilibus actionibus se subtrahat?  
quis eos qui molestia sive iniurias sibi infi-  
runt non benevolentia & amore prosequa-  
tur? Cæterum CHRISTE IESU, quan-  
doquidem statuisti hoc ministerium ad-  
implere, memento quod dixeris, eum qui  
à te lotus non fuerit, non habiturum esse  
partem tecum. Quare per merita huius hu-  
militatis tuæ te obtestor, ut lachrymis cor-  
dis mei, tua gratia sociatis, laues pedes,  
caput & manus meas, ut affectus, cogi-  
tationes, & actiones meæ ita mira-  
dæ & nitidæ sint, ut diuinæ  
maiestatis tuæ oculis  
placeant & pro-  
bentur.

CHI